



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 55. Synodi translatio a Legatis desiderata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1546.

§. LV.

*Synodi translatio a Legatis de-  
fiderata.*

*Pallav. n. 3.* **H**oc Papæ mandatum, quo Legati Tridento recedere prohibebantur, ipsis permolestum accidit, hancque in rem Marcellus Cervinus die sexta Julii datus ad Maffæum literis eundem rogavit, quatenus Pontificem induceret, ut se cum perpenderet, quænam Cæsaris armati consilia forent, an non merito timendum esset, ne Synodo leges dictare, resque ibidem tractandas, necnon agendi & deciden- di rationes præscribere tentaret. Hæc omnia Maffæus Pontifici exposuit, qui tamen nequaquam mutata animi sui sententia nullatenus Sessionem differre, sed præfixa die insuperhabitibus Legatorum rationibus celebrari præcepit: Tridentinos tamen adeo ingens incesserat timor, ut plures Episcopi fugam meditarentur, quos tamen Mendoza & Farnesius retinuerant.

§. LVI.

*Acrior contentio inter Cavensem &  
Chironensem Episcopos.*

**I**n alio conventu die decima septima Junii celebrato propositi examinabantur